



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

Albertus <de Padua>

Vlme, 1480

Dominica prima de aduentu. Sermo primus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

Sermo

atorum confessorum Augustini et Gregorii. omniumque sanctorum. qui
viviis et regnas in secula seculorum Amen.

Explicit prologus. Incipit expositio pre
narrata. Dominica prima de adventu

Sermo primus.

¶:

Runt signa in sole et luna et stellis. et in ter
ris pressura gentium Luc. xxi. ca. Ad nata
licia principum celebranda consuevit antiq
tus se quilibet preparare. Qua consuetudine
ordinavit ecclesia ut hoc tempore adventus
quilibet fidelium se prepararet ad sui principis
natiuitatem digno suscipiendae honore: Sed
ne crederes hoc esse modicum: Ideo in euangelio hodierno legi
tur quanta sit maiestas et potentia christi que in iudicio apparebit
quando pro meritis reddet unicuique. Et quia aliqui bonum agunt
amore proprii: aliqui vero timore penae. Ideo utriusque in euangelio
primo adventus legitur ut ex his quilibet excipiat saluatoris de
uote natiuitatem suscipere. Quatuor igitur in presenti euangelio
tanguntur. Primum est creature mundi inconsueta turbatio
Secundum est venientis iudicis magnifica apparitio ibi: extunc
videbuntur etc. Tertium est electorum propinqua consolatio: ibi
his autem fieri etc. Quartum est futurorum certa confirmatio ibi. amen
dico vobis etc. Propter primum autem sciendum est quod sig
na praecedentia adventum domini pauca tanguntur hic. Sed ut dicit
magister in historiis scolasticis. Item in cronica hebreorum. 15
signa inuenit quae licet apocrypha sint dicuntur tamen debere pra
cedere aduentum christi. Prima namque die eriget se mare quadragin
ta cubitis super omnes montes stans velut murus immobile.
Secunda die sic in profundo descendet ut vix appareat. Tercia
die marine beluae super mare apparentes. dabunt terribiles vos
tes ad caelum. Quarta die ardebit mare et aqua omnia. Quinta die om
nia virentia dabunt rorem sanguineum. Sexta die corrumpentur om
nia edificia. Septimo die collidentur petre adiuuiciae. Octava die
erit terremoto generalis. Nona die montes equabuntur val
libus. Decima die exeuntes homines de cauernis velut ames
ibunt et iniuriam loqui non poterunt. Undecima die stabunt of
sa mortuorum super sepulcra. Duodecima die cadent stelle. Terti
adecima die omnia virentia morientur. Quartadecima die arde
bunt caelum et terra. Quintadecima die resurgent cum homines
et fiet caelum nouum et terra. Vtrum ita futurum sit non est au

Secundo

tentum quia in sacra scriptura non reperitur. Verum tñ q̄ aliq̄
signa sint hoc nobis constat ex euangelio. que autem illa sint
nescimus nisi illud quod in scriptura dicitur. C Tres autē
sunt cause signorum precedentium. Prima quia vt dicit Criso⁹
sicut homo moriens patitur fantasias et turbationes maximas
sic mundus deficiens totus conturbabitur. homo enim minor
mū⁹ est. et iō minori deficiente. i. maiori mundo. ex minori oportet
cognoscere. Secda cā ē propt̄ hominis punitionez. nam vt
dicit Sap. 11. c. Per que aliquis peccauerit per hęc et torquetur.
Et qz homo peccauit abutendo creatura mundi per eadem. crea-
tura suis nonitatibus euz torquetur. Vñ Sap. 5. c. Pugnabit
pro eo orbis terre extra mensatos. Tercia causa hui⁹ est quate-
n⁹ manifestet̄ oīpotencia ad cuius aduentuz omnis creatura cō-
tremescit. Vnde Balach. 3. c. dicit. Quis poterit cogitare diem
aduentus eius et quis stabit ad videndum eum. Obmissis igit̄
tur aliis exequamur de his signis que in euangelio tractantur
et ponunt̄ quatuor genera signoz. scz in creatura celesti corpo-
rea. secundo in creatura inferiori corporea. Ter cō in creatura p̄-
senti corporali p̄tm̄ spiritali que est homo. quarto in creatura
pure spiritali que est angelus. Primo itaqz ponunt̄ signa in
creatura celesti corporea. vnde dicit. Erunt signa: Signuz licet
aliquid sit in se. ad aliquid tamen aliud ostendendum assumit̄.
in sole qui p̄est diem et generalem in se omniū virtutum corpo-
ralium continet virtutem: et luna: que p̄est nocti luminae mi-
nus et tempat excellenciam virtute solis: et stellis: que decorant
noctem. et generalem virtutez solis et lune determinant ad spe-
ciales effectus. ¶ Nota q̄ sic fuerit creata hic celestia cor-
pora vt essent in signa et tempore durante mundo ita hic ordia-
ta sunt vt sui nauitate finem mundi denuncient. que autē ista
signa sint futura non dicitur hic. Sed legit̄ ysa. 13. c. Stelle celi
et splendor aerum expandent lumen suum. Obtenebratus est
sol in ortu suo et luna non splenduit in lumine suo. Hic queri-
tur de defectu celestium lummarium. et primo de sole. et quomō
intelligenda sit obtenebratio eius. Et dicit Origenes. q̄ ex ma-
gno fumo ignis eleuato qui ardebit in consumatione seculi. ob-
tenebrabitur superior pars aeris. ita vt lumen solis non appare-
at. Secdo ad hoc respōdet Iheronim⁹. q̄ comparatiue diuine lu-
cis que apparebit videbit̄ obscurat⁹ sic lumē cādele n̄ lucet i die
Tercio respondet Rabanus. q̄ nihil prohibet quin lummaria
mundi vere tunc amittant lucem propriam vt peracto iudicio
sic lux lune sicut lux solis luceat. Sol autem septemplexiter. vt

Sermo

dicatur ysa. 30. c. hoc autem rationabile. Nam lux ista celestium
corporum est generatiua et corruptiua et quia tunc cessabunt
omnia ista. Ideo luminaria celi amissa ista luce, alterius disposi-
tionis nouam recipient claritatem. Quarta causa quare sol obte-
nebrabitur est ad penam reprobatorum quia enim abusi sunt cla-
ritate eius, obtenebrabunt. sicut egiptiis date sunt tenebre ita de-
se ut palpari possint. Exo. 10. ca. Unde dicitur Sap. 18. c. peto-
ribus superponitur grauis nox ymago tenebrarum. Et De-
inde queritur de defectu lune Joh. 3. c. dicitur quod luna conuer-
tur in sanguinem. habebit enim colorem sanguineum. propter
duo. Primo quatenus ostendatur quia ille cuius sanguis ini-
ste sparsus fuit a peccatoribus. iudicaturus est mundum. Secun-
do ut terreantur hi qui diuini honorem lune dederunt. sicut
gentiles cuius ydolatrie similitudinem adhuc quidam cristiani
seruant signantes se versus lunam saltantes ac alia facientes qui
non minus pena quam derisione sunt digni. Nec enim est iniquitas
maxima et negatio vera altissimum ut dicit Job. 31. c. Et Ul-
timo videndum est de stellis quod dicitur Math. 24. c. quod cadet de
celo. hoc enim impossibile videtur ut dicit Origenes. Cum om-
nes aut plures earum maiores sint quam tota terra. quomodo er-
go cadent de celo. cum earum magnitudinem terra non sufficiat. Et
dicendum dupliciter. Primo quia hic appellantur stelle vulga-
riter exaltationes ignium. quarum tanta erit habundantia in fi-
ne mundi. ut omnis multitudo stellarum cadere videatur. Vel
si stelle proprie intelliguntur dicendum est secundo modo. quod non
cadent de celo. dicuntur tamen cadere. quia non apparebunt so-
le et luna obscuratis. ita ut credant homines eas accidisse. Un-
de Math. 24. c. dicitur. Stelle celi erunt decedentes. Et Se-
cundo ponitur signum in creatura pure corporali inferiori: et erit
supplet in terris pressura gentium: quod duobus modis intelli-
gi potest. Primo quia erit circa finem mundi magna pressura:
dum conabitur opprimere gentem. et precipue tunc tyranni mul-
ti consurgent opprimentes populos. Et arbitrari possumus ex
hoc appropinquum esse finem mundi. quia videmus passim tyrannos cuius-
libet statum usurpare dominium. Secundo potest intelligi. quod erit pres-
sura gentium quia fugient omnes gentes a maritimis locis. ad
mediterraneas regiones: pro confusione sonitus maris et flu-
dium: ysaie 50. ca. Ecce increpatione mea desertum faciam ma-
re terribilem fatiet mare sonitus ita ut omnes inde fugiant. quod
ideo continget quia facta alteratione circa celestia corpora necel-
sario confunditur mare quod disponitur per superiora illa. et

Secundo

maxime apparet effectus lune & mare in fluxu et refluxu eius .
Id Terio ponitur signum in creatura partim corporali et
partim spiritali scz homine: arescentibus hominibus: qui pri-
mo erant opulenti & pigues. Vnde ysaie decimotercio capitlo
Dimnes manus dissoluentur et omne cor hominis contabescet
et conterretur. tortores et dolores tenebunt. quasi parturiētes
dolebunt. vnus quisq; ad proximum suum dolebit facies combu-
ste vultus eorum. Et Trenoꝝ quarto ca^o dicitur. Denigrata
est super carbones facies eorum aruit et facta est quasi lignum.
Deinde ponitur causa istius ariditatis. quia: pre timore immi-
nentium terribilium: & expectatione: futurorum malorum. pre-
sument enim homines q; futura adhuc peiora sint. & ideo sicca-
buntur et arescent pre tristitia & pauore. quia spiritus tristis ex-
siccet ossa que superuient vniuerso orbi. ysaie decimotercio
ca^o. Visitabo dicit dominus super orbem mala & contra impios
iniquitatem eorum & requiescere faciam superbiam infidelium et
arrogantiam fortium humiliabo. ¶ Quarto ponitur sig-
num in creatura pure spiritali scilicet angelica. Nam virtutes
celorum mouentur: celestes virtutes sancti angeli sunt. vel spi-
ritualiter motores orbium qui dicuntur celestes virtutes quia
sicut celum continet omnem inferiorem virtutem. celestis autem
virtus sicut in fonte reseruatur i stella vel planeta ita omnis vir-
tus celestium corporum in suis continetur motoribus. Nota
quia vt dicit Crisostomus. Si rege terreno ad expeditionez sur-
gente. totus exercitus commouetur et tota ciuitas feruet. q̄to
magis rege celorum surgente ad iudicandum viuos et mortu-
os. virtutes celorum mouebuntur. iste autem motus erit pp̄
quatuor. Primo quia propter factorum admirationem obtupel-
ent. videntes in consuetu signa precedere naturalem ordinem.
Secundo mouebuntur ad peccatoris vindictam & punitionem
cum viderint regem suum iratum. exhibent enim angeli & sepa-
rabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminuz ig-
nis Mathi decimotercio. Tercio mouebuntur timore aliquali-
ter videntes totum orbem iudicari. & precipue luciferum qui fu-
it princeps eorum. Vnde Ezech. tricesimo primo. & sonitu ru-
ine eius id est luciferi commouit gentes tuz deducere eum ad i-
fernum. Quarto mouebuntur propter potestatis priuationez
nam tunc auferretur ab eis officium mouendi celos. tunc non
dominabuntur quidam ciuitatibus. quidam regnis et provin-
ciis: vt nunc. sed auferretur ab eis ista potestas Vnde Cor int̄h.

Sermo

decimo quinto capitulo. Euacuabit omnem principatum. potestatem. et virtutem dicit ibidem glosa Dum durat mundus angelis angelis presunt. demones demonibus. homines hominibus ad utilitatem viventium vel deceptionem. sed omnibus collectis iam omnis prelatio cessabit. quia necessaria non est.

Secunda pars:

Secundo euz dicitur. Et tunc videbunt etc. tangitur venientis iudicis magna apparitio. Circa quod quinq; innuuntur. Primum est manifestus aduentus dicens: Et tunc: Istud illi soli est notum qui venturus est iudicare: Videbunt: clare certe et manifeste intuebitur eum omnis oculus. et qui eum pupugerunt. Et dicit in psal. Deus enim noster manifeste veniet deus noster et non silebit. et qui pro omnibus humanatus est ab omnibus videbitur Secundo ponitur humanitatis natura filium hominis: id est filium virginis. sicut enim vulgato nomine. nomen hominis de viro intelligitur sicut enim de digniori. quamvis sit commune nomen utriusque sexui ita quia virgo salutem viris recuperavit et mulieribus excellenter nomen hominis appellatur. Iudicabit autem christus mundum in forma nature humane propter tria Primo quidem quia si in forma humana mundus euz condemnauit in iuste. rationale est ut in eadem forma mundum iuste iudicet. Vnde psal. Deus iudicium tuum regi da. Secundo ad confusio nem iudeorum quatenus videntes se iudicaturi ab homine in quez credere noluerunt confundantur ysa. quadragesimo quinto. c. Ad eum venient et confundentur omnes qui repugnant ei Tercio ad penam reproborum videntium se iudicari non ab angelo sed ab homine. et ad gloriam electorum videntium naturam sui generis excellentissime exaltatam L Tercio ponitur honor venientis. Venientem in nube: In legibus sanctum est quod nulla proferatur sententia nisi iudice pro tribunali sedente. Thronus autem regalis christi iudicantis erit nubes. Vnde Ecclesi. vicesimo quarto. Ego inquit in altissimis habito et thronus meus in columna nubis. Duplex autem causa esse potest quod veniet in nube Prima ut dicit Origenes quia sicut eo ascendente in celum nubes eum tulit propter honorem ascendentis. ita eum deferat descendentem. Secunda causa potest esse quia tanta erit claritas corporis eius. quod nisi in nube. videri non posset. sicut nec claritas solis. et ideo ut dicit psalmista. Nubes et caligo in circuitu eius

Secundo

Quarto ponitur venientis potestas. Cum potestate magna: ad puniendos reprobos sine potestate eius et virtute iudicis auctoritas nulla est. Et bene oportet hanc potestatem magnam esse. quoniam iudicat magnos et paruos. reges et principes. tyrannos. et quod plus est etiam angelicam creaturam. propter hanc potestatem timebunt eum omnes. Et tunc incipient dicere omnes peccatores montibus. cadite super nos et collibus cooperite nos et desiderabunt mortem et non inuenient. ut dicitur Apoca. 6. **¶** Quinto ponitur iudicis maiestas. Et maiestate. Maiestatem diuinitatis eius soli homines videbunt qui mundo corde sunt. Unde de eis scriptum est Mathi quinto. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. De reprobis vero dicitur Tollatur impius ne videat gloriam dei. videbunt enim impij potestatem eius ut timeant. sed non diuinitatem ne gaudeant. Et nota quod maiestas christi etiam erit in honore communicantium scilicet multitudine celestium spirituum. patriarcharum. prophetarum. martirum. confessorum. virginum. et apostolorum qui sedebunt super sedes assessores regis. iudicantes duodecim tribus israel. De ista comitiua dicitur Deuteronomii. 33. Apparuit dominus de monte pharan et cum eo sanctorum milia.

Tercia pars.

Et tunc ponitur electorum propinqua consolatio: tunc dicitur. **¶** His autem etc. Et quatuor sunt videnda. Primo enim reddit electos attentos adpropinquam ipsorum redemptionem. Unde dicit: **¶** His autem signis et mirabilibus fieri incipientibus: cum peccatores arescent pre timore et expectatione malorum vos qui estis genus electum regale sacerdotium. gens sancta. populus acquisitionis: respicite: id est diligenter attendite et considerate. Et leuate capita vestra. id est mentes vestras cum gaudio erigite. ysaie. 65. Gaudete tunc leticia qui in tristitia fuistis. quoniam appropinquabit redemptio vestra. Nota quod virtute passionis christi redemptio electorum facta est. sed eiusdem redemptionis effectum nondum plenarie consecuti sunt. Adhuc enim grauamur nexibus corporis. Tunc vero ut dicitur ysaie quadragesimo. Iusti mutabunt fortitudinem ita ut penitus caro subiciatur spiritui etiam adhuc mortis legi subiciamur. Sed ut dicit apostolus primo Corinthi. c. de timo quinto. Tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. adhuc malorum hominum premimur. Sed tunc implebunt illud promissum querimonie sanctorum Apocal. sexto dicitur

Sermo

tium. Usquequo non defendis domine sanguinem nostrum de his qui habitant in terra. et acceperunt diuinum responsū. Ad huc sustinete modicum tempus. Tunc etiam liberi erimus ab infestatione malorum spirituum. quia non erunt in celo ubi mansio sanctorum est. **D** Secundo ponitur promissionis declaratio per similitudinem. Et dicit illis similitudinem: diuina promissa propter sui altitudinem non plene intelliguntur: nisi congruis sint declarata exemplis. ea namque nec oculus vidit: nec auris audiuit. nec in cor hominis ascenderit. Videte ficulneam et omnes arbores cum producant iam ex se fructum. id est producere incipiunt mittendo folia vel flores. sicut contingerit in vere. Satius quia prope est estas. Et tunc hanc similitudinem applicat ad propositum. Ita et vos cum videritis hec. signa quippe dixi. fieri scitote quoniam prope est regnum dei: prope est: ut vobis detur quæadmodum quotidie in oratione dominica dicimus. Adueniat regnum tuum. Nota quod propter tria conuenienter regnum celorum estiuo tempore comparatur. Est enim estatis tempus fructiferum iucundum et iocundum. Sic in regno celorum reperitur omnis suauitas spiritualium fructuum. **Xpo.** vlt. Ex vtraque parte fluminis lignum vite afferens fructus duodecim per menses singulos. Secundo regnum celorum est iucundum. Vnde **Xpo.** cal. duodecimo. Ciuitas regis celestis non eget solem nec lunam ut luceant in ea. Nam claritas dei illuminat eam. et lucerna eius est agnus. Tercio regnum celorum est iocundum. Vnde **ysaie** tricesimo quinto. Venient in sion cum laude et leticia sempiterna. super caput eorum. gaudium et leticiam obtinebunt et fugiet dolor et gemitus. **P** Tercio ponitur tempus signorum christi. possent enim dicere electi. credimus quod venientibus signis aduentus tui prope erit regnum dei. Sed adhuc dubitamus quando illa signa futura sint. Et ideo benignus magister adiungit. Amen dico vobis: Amen hebreum est et ut dicit **Augustinus** super **Iohannem**. nec grecus nec latinus interpretatus est interpretari. precipue propter reuerentiam saluatoris: quod ad confirmandum veritatem frequenter eo usus est. Interpretatur autem amen. vere fideliter. aut fiat. Quoniam non preteribit generatio hec donec omnia fiant: Hoc autem duobus modis potest intelligi. Primo ut nomine huius generationis intelligatur ecclesia fidelium que non habebit finem donec omnia impleantur. et ipsa triumphans ecclesia congregetur. Sex enim sunt generationes. Prima ab **Adamo** usque ad **Noe**. Secunda a **Noe** usque ad **Abraham**. Tercia ab **Abraham** usque ad **Moysem**.

Secundo?

Quarta a Moyse vsq ad David. Quinta a David vsq ad christum. Sexta a christo vsq ad finem mundi. Generatio ergo p̄terit et generatio aduenit. vt dicitur Ecclesiastes primo. Sed hec ḡnatio q̄rentiū dominū manet vsq ad finem seculi nec deficit. Et hoc promisit saluator beato Petro pastori ecclesie Luc. vice simosecundo dicens. Ego rogavi pro te Petre. vt non deficiat fides tua. Secundo per generationem istam intelligi potest iudaeus populus qui non deficiet q̄dm ipso vidente omnia c̄pleant. Quarto ponitur verborum christi confirmatio: Celum et terra transibunt. verba autem mea non transibunt: quasi dicat. Ecce quantitas est stabilitas verborum meorum: quia transeunte celo quo nihil inuariabilius. transeunte terra qua nihil immobilius. verborum tamen meorum veritas non transibit. Quia vt dicitur Prouerborum duodecimo. Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Nota q̄ celum et terra transibunt non quantum ad substantiam. sed quo ad qualitates. quia a celo auferetur claritas ista quam habet sol. et similiter a luna. et dabitur eis maior claritas. Mer etiam et aqua purgabuntur et terra in superficie erit sicut cristallus. Et hoc totum fiet propter gloriam beatorum. vt homine glorificato. cuncta etiam creatura innoent. Vnde secundi Petri ultimo. Nouos celos et nouam terram secundum promissa christi expectemus. Rogamus ergo ꝛc.

Dominica secunda aduentus Prima pars Sermo secundus:

Vm audiss̄ Johannes in vinculis opera christi mittens duos ex discipulis suis ait illi: Tu es qui venturus es ꝛc. Mathei vndecimo caplo. De materia istius Euangelii habetur etiam Luc. secundo capitulo Cum videmus vel audimus aliquem eminere virtutibus. in sapientia. aut sanctitate. aut eloquentia. consueuimus de persona eius querere. vt cuius sit nominis cuius patrie. cuius originis. atq̄ ita d̄ singulis: quatenus certiores ipsius noticiam habeamus. Audiens igit̄ iohannes baptista famam christi. interrogat de conditionibus ipsius per interpositos nuncios dicens. Tu es ꝛc. Nec igit̄ e materia p̄ntis euangelii i q̄ta tangunt. Primū e Johis duota interrogatō d̄ noticia